

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

vberior, teste Christo , Matth. 5. versu iam allegato , & Matth. 19. v 29. Marc. 10. v 30.

Nihil itaque amittitur , sed magnum lucrum indere portatur.

III. Eadem haec similitudo etiam ad morituros pertinet. Tristes sunt , cum finis vita adest , & cum Hiskia lachrymas fundunt , Isa. 38. v. 3. Tum enim tempus lationis est. Seminatur enim , i. Cor. 15. v. 36 & v. 42. At non inique id ferendum apromo. Quia veniet tempus missis.

Soleretur itaque resurrectio . Job. 19. v. 25.

Et tanto magis , quia illa gloriosior , i. Cor. 15. vers. 43. Corpus clarificabitur , Phil. 3. v. 21.

Quis igitur non cupiat seminari.

IV. Seminat etiam qui pauperibus beneficiant , tunc Paulo , 2. Cor 8.v.10. Et putant illi interdum se facere iacturam fementis. Ideo impii cupiunt sua retinere , Prover. 11. v. 26. At fœneratur Domino , Prover. 19. v. 17. Magna recipiet premia , Matth. 10. v. 42. in fine Benedicetur , Prover. 22. vers. 9. Itaque non parce , sed cum gaudio seminandum , ut copiosior sit missis. Hilarem datorem , 2. Cor 9. v. 7. Qui parce seminat , parce metet , 2. Cor. 9. v. 6. Eigo hic omnino absque lachrymis seminandum ; & dispergendum , Psal. 112. v. 9. Dispersit , dedit pauperibus. Vide Eccel. 11. v. 1. & 2. & 6.

F I N I S.

### THEMA LXXIII.

Psalmus integer 130.

De profundis clamo ad te Domine , &c.

### D I S P O S I T O.

Pie veteres ex toto Psalterio elegerunt aliquot Psalmos singulares , quos vocauerunt Pœnitentiales , quales sunt , numero VI. XXXII. XXXVIII. LI. CII. CXLIII. & hic CXXX. qui in ordine sextus , at praecipuus fere est inter omnes. Contineat illi omnes precatio-

tiones ardentissimas pro remissione peccatorum; pro qua omnibus sanctis orandum, Psal 32. v.6. Quia autem nos in numero peccatorum sumus, & pro sanctis etiam propter Christum agnoscivolumus, ut sic Deum videre possumus, discamus ex hoc Psalmo, quomodo sancto ram D e o & iusti possumus fieri. Et initium sane huius Psalmi est valde patheticum, quia cum clamore ex profundis orditur Psalmum.

Videbimus itaque 1. Vnde hic clamor, & haec vocifratio.

2. Quid velit aurum petat clamans.
3. Quomodo clamores hi compescendi: aut quo pecto illi clamanti subueniendum, ut clamare cesseret.

### I. Pars.

It clamor ccelo. Vnde de profundis. Sic enim Psaltes, De profundis clamaui ad te Domine. At ubi haeret clamans? Nunquid in foue illa Josephi? Genes. 37. v. 24. aut lacu leonum, Daniel. 6. v. 16. aut Hieremie cisterna, Jerem. 38. v. 6. aut abyssu maris, ut Paulus 2. Corinth. 11. vers. 25.

Non autem talis corporalis profunditas, ex qua clamat David, sed interna, spiritualis angustia est: dum Deum timeret, & iudicium eius.

Nec clamor est acutissimus & clarus sive magnus, sed precatio. Sic enim explicat seipsum: Audi vocem meam. Attende precationi mea.

At haec oratio, licet tacitis gemitibus fiat, est eorum Deo magius clamor. Sic enim ipse Mosi dicit, Exod. 14. v. 15. Quid clamas? Cum non legeretur clamans tibi.

Expitum itaque optimo Davidi clamorem & precationem angustiae illae, quibus tanquam abyssu videtur demergi.

Et videtur Deus auertere aures & retrocedere, ut non amplius audiat clamantem. Ideoque roget, ut aures illius intentae sint ad vocem clamantis de profundis.

Q. 3. Lo.

**L o c u s.** - Monemur, futurum etiam de nobis, ut aliquid in profundum demergamur, & experiamur angustias, Psal. 22. v. 1. Psalm. 25 v. 17. & 55. v. 5. & 116. v. 3. Angst und Noth. Non semper dicemus: Statuit me super excelsa, Psalm. 18 v. 10. & eduxit in latitudinem. Sed aliquando dicemus, Submergo in limo profundi, Psalm. 69. v. 3. Intrauerunt aquæ ad animam usque. ibid. & 124. v. 5. In me transierunt fluctus, Psalm. 42. v. 8.

Proiectus sum a facie oculorum tuorum, Psalm. 31. v. 23. Hæc nobis dicuntur, ut tela præuisa minus feriant, & ut ad talis agonem semper nos præpareremus: utque cum Psalte tum discamus clamare & arripere preces.

Hoc enim unum remedium tum erit optimum. Exerto crede Davidi, qui dicit Psalm. 77. v. 4. In angustiis, & Psalm. 18. v. 7 & Psalm. 118. v. 5. In angustiis requisiuerunt te, Elia. 26. v. 16.

Et probe notandum. Nil debere nostras preces remorari. si maxime Deus videatur aures auertere.

Clamandum post eum, cum Chananza, Matth. 15. v. 23. Nec dicendum: Frustra clamo. Non audit, Cessabat igitur. Nequaquam. Antequam clament, Elia. 65 vers. 24. Nondum raucae sunt fauces tuæ. Psalm. 69 vers. 4. A vigilia innotutina ad vesperrinam. Hoc loco vers. 6. David annis 10. Æneas 8 ann. Act. 10. Mulier incurvata 18. annis, Luc. 13. Paralyticus annis 38. Joan. 5. populus in Ægypto multis: Moles in deferro 40. annis, &c. clamarunt. Instandum enim, nec cessandum, Luc. 18. vers. 1. & 7. 1. Thess. 5 vers. 17.

### II. Pars.

Quid vult autem hic noster clamans David? Ne iniurias illius obseruet Dominus. Hoc est quod ipsum intantas coniicit angustias: peccata scilicet. Quomodo ista angant animam ipsius, vide Psalm. 32. v. 4. Et ideo deprecatur, Psalm. 143. v. 2. Ne intres in iudicium.

Hocnum igitur petit, ut remittantur ipsi peccata. Quod

Quod etiam vnicē desiderat Psal. 51. v. 3. & 4. & 9. At qua-  
re de hoc tam sollicitus est? Was ist jme so hoch darange-  
legen. Hoc pater ex verbis, *Quis stabit?* Si obseruaveris,  
pereundum est mihi & omnib. Ad mille non vnum, Job.  
9. vers. 3.

**D I S C I M U S.** de quo maxime omnium debeamus esse  
soliciti: videlicet, De peccatorum remissione.

Omnes sancti orabant pro hac, Psalm. 32. Exempla,  
Esa. 38. versicul. 17. Danic. 2. versic. 9 Jerem. 14. vers. 7.  
& 20.

Innocens non est innocens, Exod. 34. v. 7. Proverb. 20.  
vers. 9. Nec Hiob, Noha, Daniel, viri illi optimi, Ezech.  
14 Nec Moses, Dauid, Paulus, Petrus, Josias Josaphat.  
Hi omnes clamare debuerunt, Ne intres, Psal. 143. At  
multi nostrum non cogitant de peccatis suis. Aut ne-  
gant, aut extenuant. Imo multi gloriantur in illis, Esa.  
3. versicul. 9. Vx illis omnibus, 1. Joan. 1. vers. 9. Psalm. 32.  
versic. 6. De ceteris dicitur. *Sie bringen sich in ver-  
glückt.*

### III. Pars.

At quomodo poterit subueniri Davidi nostro in pro-  
fundis clamanti, & tentato de peccatis?

1. Dominus opem feret misero, & remitteret peccata.  
Hac fide plenus sic erumpit: Apud te propitiatio. **Q**uia al-  
lein kannst vnd wirst mir helfer. Remittendo peccata. Non  
vt secure pergamus in peccatis: sed vt post hac te timea-  
mus, & caueamus a peccatis: Nunquid igitur tibi erit  
propitius? Maxime. Sperat anima mea. Sed vnde certa est  
de hoc? Ex verbo. Spero in verbo ipsius, quod promisit  
semen, in quo simus benedicendi, (Genes. 12. vers. 3. & 18.  
v. 18. hoc est saluandi.

2. At non videtur velle misereri, quia non moriu-  
rat, nec sentis ipius auxilium. Responder. Ego scio quod  
non statim velit iuuare, sed aliquandiu differat auxilium.  
Ideo exspecto Dominum è custodia matutina, &c. Non

**Q** 4

cello

cesso in ipsum confidere, & bene sperare. Si moram fecerit, Habac. 1. v. 4.

3. Ne autem cogitent alii, Hæc ad solum Daudem pertinere, addit: Omneum Israelem id ipsum de Deo sperare debere. Gratiam enim & copiosam redemptionem pertinere ad omnem Israelem. Et liberatum iri Israelem, à suis peccatis &c.

*L o e v s.* Nemo hominum licet mole peccatorum in abyssum demersus videatur, desperet de gratia Dei & remissione suorum peccatorum. *Copiosa enim redemptio apud Deum,* Rom. 5. v. 1. vbi abundat peccatum, superabundat gratia. Paulus dese 1. Tim. 1. v. 15. Ego maximus. Omnes falso vult. Neminem perire vult. *Omnium miseretur,* 1 Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 3. v. 9. Ro. 11. v. 23. Gal. 3. v. 22. Propitiatio pro omnibus. 1. Joan. 2. v. 2. 10. 3. v. 16. Hæc non dicuntur, utaperiamus fenestram peccatis, sed ut timeatur Deus, ut filialiter, non seruilititer. Rom. 8. vers. 15. Non ad timorem servitutis Spiritum accipitis. Hæc est fides antiquissima, etiam in veteri testamento: quod Deus redemptor, Job. 16. v. 26. & nemo suis meritis, sed per gratiam Domini saluetur. Hæc enim una & primaria causa remissionis peccatorum hoc loco sepius repetitur.

F I N I S.

### T H E M A L X X I V.

Psalm. 144. v. 3. & 4.

*Quid est homo, quod memor es eius, &c.*

**N O T A.** Deo huius Thematis membra supra in parte Promptuarii suis Dispositionibus iam sunt explicata. Homo N I H I L. Vide in appendice Classis VI. Num. 1. pag. 4<sup>3</sup>6. Homo V M B R A. Vide ibidem Num. IV. & seqq. pag 489.

Tertium vero membrum, continens eadem verba, quæ, Psal. 8. habentur, *Quid est homo &c.* supra in hac 2. parte